









1. Chorisius.  
1793. 1<sup>a</sup> Bochmer
1. Dresdins, Fridericus Gulhelmus : Nova commentatio in locum  
Tes. 52. 13 - 53. 12.
2. Kirsch, Henricus Christopherus : Pro testamento
3. Klugel, Gottlob Christianus : Ord. iurisdictio . . . Decimus :  
1. b. s. ( ad depositationem in ang. Henrici Andromae )  
Henrici Hermanni (mortuus) system : de tutoris arbitriis  
in prædicto populari emortuus vendicante .
4. Klugel, Gottlob Christianus : Ord. iurisdictio . . . Decimus :  
1. b. s. ( ad depositationem in ang. Henrici Christiani Krishni  
mortuus ) Test : de ordinis litio in causa emeritorum condic-  
num publicorum in Saxonia Palmarum etiamque mo-  
nymorum tractatio I.
5. Klugel, Gottlob Christianus : Ord. iurisdictio . . . Decimus :  
1. b. s. ( ad depositationem in ang. Christiani Endemann  
filius mortuus )
6. Hahnschaffter, Christian Christianus : De fine societatis civitatis

6<sup>o</sup> Nurenberger

7. Schlockherdes, Carolus Augustus: De vero sponsaliorum  
publicorum ex legibus principis Iannicii Lectura  
littera et tabula 13.
8. Stuebel, Christopherus Carolus: Utrum delictum praece-  
presumptione in foro recte tollantur, nec ne? 14.
9. Stuebel, Christopherus Carolus: Utrum et quatenus fori nostri-  
cius in punientis arbitrorum temporariorum delictis,  
si qual apud eos commiserit, cum principiis iuri  
criminali minoratis concuerit, nec ne? 15.
10. Stuebelius, Christopherus Carolus: Anatores actiones, quae  
multo delicta carnis dicuntur, e principiis iuri patellis  
universis sunt coaccentia? 179.
11. Stuebel, Christopherus Carolus: De foro delicti in confines  
collegatione commissi. 2.
- 12<sup>a</sup> <sup>b</sup> <sup>c</sup> Toller  
12<sup>b</sup> Herm. Porffiri, Gratius: Ord. iur. . . Decimus: lectio  
benemoto salutem (ad Regnulationem iuris. Contra  
Augusti Schlockherdis invitata) 3.

13. Wiesandus, Georgius Stephanus: [Art. 1. 6817 D] Recensio-  
nembus et leg. 6817 D.

14. Wilisch, Christianus Proverius: Profficio principis Ema-  
nueli Vermunne propositiorum in territorio suo, ne Iudeo-  
res religiosis Evangelicis publicis fidei symbolis  
adversi quod occant.

15. Janzen, Christianus Erdmannus: Dissertatio iuridica, in qua  
causas, quibus homines propriei contra dominos, alios  
in Ecclesiasticae Iurisprudencia perpetuum dominium constitui-  
tas, tam agendo tam excipiendo, et libetatem prorogare  
prohibentur

1794. im folgenden Bande

1. Antonius, Ernestus Gottlieb: Verorissimilima librum Iuris  
interpretacione

2. Biehly, York Alexander: Tractatus singularibus, aliisque  
immunitatis et remediorum in Polonia concerni-  
<sup>32</sup> Bochmer

3. Bachman, Georgius Rudolphus: Tractatus multi-generis  
materia

4F Rozenblatt 4G Randolph

9. Kluzel, Ernestus Prof. Charkiew : Calligraph jissodes - 8.  
Decamus : 1. b. s. (is n. sp. publ. in my. Tertio - 9.  
Maurice Bielitzki inst.) Inst. : N. hanonchianus 10.

46<sup>1</sup>, d, <sup>1</sup><sup>2</sup> gans, mollella, supponit nesciam.  
Mitterberger 42 Mitterberger Engel  
S. Schmid, Carlos Fernando: Ord. phil... Deamer: Con  
ferencia utriusque laus et saltem... philosophiae  
constatis in dicto praemissis postulione & M.  
Torquato Parrone. leg. XII. tab. interprete.

b. Thalinger, James Augustus Hieronymus: Dissertatio, qua  
Immunitas jure loc. patris liberorum nominum  
habenti bona & metu per ultimam voluntatem, sub  
lege, relictur, sed ut in familiis conservetur.  
Vehicle, ebris familiis . . . atrinam licere  
. . . dependet.

T. Triller, Cordon Fridericus: Tepeastralericis hodiernis  
T. Triller - Rausendorff

8. Wiesandus, Georgius Stephanus: Capita iuriis contractus.

9. Wiesandus, Georgius Stephanus: Theses iuriis variae

10. Wiesandus, Georgius Stephanus: De iustis prescriptiōnēs  
in criminali bigamia.

11. Wilisch, Christianus Fritschus: De bello super revertendis  
locis bello Georgiano acquisitiōis contra Norimbergenses  
et principale Electore Palatino - Basiliis imperio recente

qua


1

2


3

4

uis







*C.G. Hirschd. zu Hohenberg*  
DE  
**FVR TIS A GRARIIS**  
EORVM QVE POENIS

220

1992. 2. b.

DISSE RATIO

QVAM  
PRAESIDE

**D. CHRISTIANO GOTTLIEB  
HOMMELIO**

DIGEST. INFORT. ET NOV. PROF. PVBL. ORDIN. CVRIAЕ  
PROVINC. ELECT. SCAB. ET FACVLT. IVRID.  
VITEMB. ASSESS. ORDINARIO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQUENDIS

DIE XIX. IAN. A. R. S. C<sup>II</sup>I<sup>II</sup>CCLXXXXII.

H. L. Q. S.

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVRVS EST

A V C T O R

**GOTTHOLD LEBERECHT SACHSE**

*Prael.* IVRIS VTRIVSQUE CAND. ET NOTAR. PVBL. CAESAR.

VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

LARTIS AGRAVIS  
EORUMQAE POENIS

DIESER LATEIN

GRAMM

PRAESES

D CHRISTIANO GOTTFRIED  
HOMMELIO

ALTEM VASSESS ORDINARIIO  
PROAINO FLEOIS SCVR ET FACULTATARIID  
DIESET INTORT ET NOV. LTOR. SAPR. ORDIN. QLVNE

SUMMI IN ATRIO DE JURE HONORIBUS  
ETI CONCILIAINDIS

MIS XIX IANUARII CLXXXVIII

1792

AD DISCELIANDAM TROGONITURAS EST

ALTOIOR

GOTTHOLD FEBERHCHT SACHE

SAVAN ALTEM VASSESS ORD. ET MOTZ. SAPR. QLVNE.

ALTEBREGVE

ALTEBREGVE ADVN CHRISTITINI CHRISSA



§. I.

*Furta agraria num grauius sint punienda, quam  
ea, quae in aedificiis committuntur.*

**S**aepius, quod gentibus quibusdam atrocissimum crimen  
fuit visum et ab iis severissimis vindicatum poenis,  
apud alias gentes leue, aut nullum omnino fuisse reputatum,  
mitius coercitum, aut impune mansisse, testantur omnes fere  
rerum historicarum scriptores, comprobat et idem NEPOTIS  
in Praef. Non eadem, dicentis, omnibus esse honesta atque  
turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari, auctoritas.  
Quae diuersa sentiendi ratio nec a furti agrarii delicto fuit

A aliena.

aliena. Compluribus hoc facinus, cum fures alienam custodiā haud inuadant, nec domiciliōrum securitatem turbent, nec hominū vitæ immineat periculum, leue habitum,<sup>a)</sup> ab aliis vero<sup>b)</sup>, cum surtorum atrocitas et ex loco sit dijudicanda,<sup>b)</sup> securitas publica admodum violetur, magna et prolixa in agris, dum non ubique praestō sint homines atque custodes, facultas surandi pateat, difficilis furis fit deprehensio, et his contrecrationibus minus, quam in aedibus commissis, praecaueri possit,<sup>c)</sup> longe grauius ac detestabilius iudicatum<sup>d)</sup>. Quo certius vero est et exploratius, oeconomiam rusticam alimenta necessaria ciuibus vniuersis in praesens ac futurum tempus, nec non artificib⁹ materiam rudem aut paruum praeparatam in nouas species informandam suppeditare, et in ea omnem et primariam sere spem prosperitatis publicae niti, eo magis abominandum flagitium, instrumenta agraria in aruis ex laſſitudine laborantium saepe relicta surripere, telluris munera agricolaram solertia parta, et a benig-  
gna

a) KRAUSS. Comment. in CCC. Art. CLXVIII. §. I. \* I. HEINECC. in Elem. Inr. Germ. Lib. II. §. 58.

b) L. 16. §. 4. D. de Poenis.

c) CICERO pro Roscio Amerino cap. 40. Ea, inquit, sunt animaduerenda peccata maxime, quae difficultime praecauentur.

d) MATTHAEI de Criminibus Lib. XLVII. Tit. I. §. 6. I. S. F. BÖHMER, ad CARPOV. Pr. Crim. Qv. LXXXIII. No. 21. obs. I. et in Medit. ad CCC. Art. CLXVIII. §. 3.



gna natura iis concessa ex agris lucri causa auferre, et sic sedulos et plerumque inopes ruris cultores iusto defraudari laborum premio, nec non iumenta, armenta, reliquaque pecora, quae rusticis fere vnicae, eaque gratissimae opes esse solent, ex agris pascuis abigere. Hinc furtum in agris commissum, si non maius, certe non minus esse delictum, quam id, quod in aedificiis perpetratum, cum aequo vigilibus in agris non nunquam graue immineat vitae periculum, et res agris commissae in custodia et possessione hominum habeantur, existimamus. Nostrum in praesenti sit, quaenam sint furtū agraria, et quibus poenis, secundum diuersitatem iurium, fuerint coercita, pro instituti ratione, paucis ostendere.

§. II.

*Furtorum Agrariorum Notio.*

Agrum locum esse, qui sine villa est, ICTUS VLPIANVS<sup>e</sup>) locum vero sine aedificio in rure; cumque a fundo, aedificio, villa atque area diuersum esse, FLORENTINVS<sup>f</sup>) tradit. Notionem vero agrorum apud latinæ linguae auctores generatim non nunquam sumi, continereque arua, arbusta, vineta, plantaria, pomaria, oliuetta, saliceta, loca venatoria, imo saepe non unum aliquem locum, sed vniuersum territo-

e) L. 27. D. de Verb. Signif.

f) L. 211. D. eod.

rium vrbi, coloniae circumiectum, sub quo et flumina, lacus, saltus, montes ac similia comprehenduntur, iam obseruauit GoeddaeVS.<sup>g)</sup> In sensu vero specialiori sub agri appellatione campum farrarium, qui fruges producit, postquam per pauca temporum interualla rus aratum, seminatum et pacuum relictum venire, ut ita a pratis, syluis, vineis et reliquis discernatur, ex agriculturae ratione satis constat<sup>h)</sup> Quae cum ita sint, surta agraria modo sensu latiori, modo angustiori accipi posse, prout rerum mobilium ablationes fraudulose, inuitis dominis, lueri faciendi gratia, in agris his, vel illis sunt perpetratae, intellectu est facile. Nec dubitandum, quin haec surta in simplicia et qualificata, prout coadunatis hominibus, armisque, animo se defendendi, congestis, committantur, vel non, dispesci queant, ab iisque crimen rapinae et latrocini in agris exercitum, cum in illo vis personae v. c. frugum pecudumque custodi, simul illata, in hoc vero hominis occiso, fructus furandi causa, secuta, intuitu poenae dictandae, probe sit discernendum.

§. III.

g) in Comment. ad L. 27. D. de Verbor. Signif. add. Avs. POTMA de Different. verbor. sub voce: *Ager*, et VICAT, in Vocabul. Iur. Vtriusque sub voce: *Ager*.

h) Iung. L. 4. D. de Censibus.

§. III.

*De iniurialibilitate et iuriis instrumentorum rura-  
lium in agris relatorum.*

Quum instrumenta rustica, quae scindunt terram, glebas frangunt, semenque sparsum tegunt, aratra, vomeres, rastra, crates et quae sunt reliqua, haud raro ex regionum more, aut alia ex causa, mensibus, quibus arua coluntur, diurno, nocturnoque tempore in agris maneant, nec tuguriis ab agricultis tradantur, saepe incidit quaesilio, qua poena afficiendi sint ii, qui ista auferunt? Ne agricultura quiescat, ciuitas laboret rerum inopia, egenique rus colentes praefidiis, se, familiasque suas alendi, priuentur, sapientissimis legibus, ut instrumenta et iumenta agriculturae inseruentia nec pignoris loco capiantur, nec in ea executio ob debita decernatur, cautum. Iam CONSTANTINVS Imp. edixerat:<sup>i)</sup> Executores a quoconque iudice dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, seruos aratores, aut boves aratorios, (aut instrumentum aratorium) pignoris causa, de possessionibus non abstrahant, ex quo tributorum illatio retardatur. Siquis intercessor, aut creditor, vel praefidus pagi vel vici, vel decurio in hac re fuerit detellus: a estimando a iudice supplicio subiungetur.

A 3

Vix

i) L. 7. C. quae res pignori obligari possunt, vel non. PEREZ et BRUNNEMAN. in Commentar. ad hanc leg.



Vix saeculi spatium effluxerat, cum, *pigrorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non convenire, pronunciarent HONORIVS et THEODOSIVS Imp.*<sup>k)</sup> In primis vero FRIDERICVS II. Imp. agricolarum securitatem aduersus hos insultus muniuit verbis:<sup>l)</sup> *Agricultores circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint, in quacunque parte terrarum: ita nullus inueniatur tam audax, vt personas, boves, et agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrorum operam rusticam pertineat, invadere, aut capere, aut violenter auferre praesumat.* Si quis autem huiusmodi statutum aiso temerario violore praesumferit, in quadruplum, ablata restituat: et infamiae notam ipso iure incurrat: *Imperiali animadauersione nihilominus puniendus.* Sequioribus temporibus Principes Imperii R. G. in ordinationibus provincialibus suis, vt ob debita in haec bona rusticorum executio, aliis deficientibus bonis, demum in subsidium peragatur, prospexerunt.<sup>m)</sup> Ita quoque ex supra adductis causis, vt scilicet agricultae, ab aliorum insul-  
tibus

k) L. 8. C. quae res pignor. obl. poss.

l) In Authent. C. quae res pignor. oblig. poss.

m) In Sax. Elect. vide ORD. PROC. VET. Tit. XXXIX. §. 5. De reliquorum Principum ordinationibus hac in re confundendus MARTINI in Comment. Proc. Tit. 39. §. 5. n. 27.

tibus maneat intacti, isto praecipue aequo, quo ius in manibus erat, dissipationes, inuasionses erant licitae, et legibus publicis velut in formam artis redactae, animalibus reliquisque rebus agrariis PAX et TREVGA DEI concessa. Quod non modo ex ALEXANDRI III. P. R. sancitis,<sup>r)</sup> ut rustici euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes et animalia, quibus arant et semina portant ad agrum, congrua securitate laetarentur, sed et ex his, quae de aratis, et agris in IVRE PROVINCIALI SAXONICO<sup>s)</sup> verbis: *Und ighlich dorf inwendig seinen Graben und Zeumen, Pflüge und Mühlen, und des Reiches Straßen, in Wasser und in Felden, die sollen steten Friede haben, und alles das dar-ein kompt, et ALEMANNICO<sup>t)</sup> traduntur, elucet.* Quae inviolabilitas in diuersis quoque Pacis Publicae sanctionibus CAROLI IV. Imp. eiusque successoribus,<sup>u)</sup> legibusque militari bus germanicis postea latiss<sup>v)</sup> confirmata est. Nec minus, in furto aratorum puniendo, priscos Germanos magno usq; fuisse rigore, reprehendimus. Ita enim iubet LEX BVR-

## GUNDIG.

<sup>n)</sup> cap. 2. X. de Treuga et Pace,

<sup>o)</sup> Lib. II. Art. LXVI.

<sup>p)</sup> cap. 192. p. 290. quam edendam curauit a BERGER.

<sup>q)</sup> Quae extant penes DATTIVM de Pace Imperii publica Lib. I. cap. XV. seq.

<sup>r)</sup> Apud LÜNIG. in Corpor. Iur. Militar. pag. 26. seqq. Add. FAICK. Tract. de Aratorum Sanctitate §. 8. seqq.

¶

**GVNDIONVM:**<sup>4)</sup> *Si quis ingenuus Vomerem furto abstulerit, duos boves cum iunctura et adparatu aratri tradere domino compellatur. Si seruus hoc fecerit, CL. fustium iulus accipiat.* Longobardos vero, gentem alias latrociniis, quae tum temporis honesta habebantur, assuetam, plaustrorum et aratrorum corruptiones et surta in legibus ab eorum rege, ROTHARI, latis, illas compositione IV. solidorum, haec vero summa octupli, puniuisse, ex his apparat verbis:<sup>5)</sup> *Si quis plonum, aut aratrum alienum iniquo animo capellauerit, componat solidos IV. Si antem furatus fuerit, componat in Odogilt.* Multo grauiorem poenam Ivs SAXONICVM PROVINCIALE<sup>6)</sup> comminatur in eum, qui aratrum furtim abduxerit, rapueritque, scilicet crurifragium. Ita enim disponit: *Alle Mörder, und die den Pflug beraubten, oder Mühlen, oder Kirchen, oder Kirchhöfe und Verräther und Mordbrenner, oder die ihres Herren Rothschafft wenden zu ihren Frommen, die soll man alle radbrechen.* Cui adstipulatur Ivs SVEVICVM s. ALEMANNICVM<sup>7)</sup> his: *Die den Pflug beraubend, so er des Morgens von dem Hauß fährt auf den Acker, und so er wieder heim fährt, und den*

<sup>4)</sup> Titul. XXVII. L. X. et XI. penes GEORGISCH. C. I. G. Ant. pag. 360.

<sup>5)</sup> Lex. CCXCIII. penes GEORGISCH. l. c. pag. 1001. seq.

<sup>6)</sup> Lib. II. Art. XIII.

<sup>7)</sup> cap. 114. §. 4. edit. BERGER. pag. 199.

❧ \* ☈

den Bauern, und ihrem Gefind icht that, oder nimbt, daß  
drey Pfennig werth ist, man soll ihn Radbrechen. Locum  
vero Iuris Saxonici Prouincialis adductum ZOBELIVS in additionibus latinis his uerbis interpretatur: *Vernim dieses von*  
*denen, so die Pferde von dem Pfluge, und das Korn aus den*  
*Mülen stehlen.* Nicht wenn jemand eine Pflugfilar vom  
Pfluge, oder irgend ein Zeug aus der Mülen stiele. Denn  
diese soll man sonst strafen, als hie der Text saget. Quam  
ZOBELII interpretationem HEIGIVS,<sup>y)</sup> COLERV<sup>s,</sup><sup>z)</sup> HEINECCIVS<sup>w)</sup>  
et Illusfr. BOEHMERVS<sup>b)</sup> comprobant, et poenam rotae tum  
demum, si quis abegerit equos et boues aratorios, iniunctam  
fuisse, statuunt. Contra ZOBELII explicationem plane reiiciunt  
KRESSIVS<sup>c)</sup> et FRICK.<sup>d)</sup> Sed nescio, cur non Iuris Sax. Prov.  
dispositio quoque ad iumenta aratoria sit extendenda, cum  
et sine his agri coli nequeant, et aeque securitate publica, vti  
antea probatum, gaudeant. Cum vero olim de vsu huius  
poenae in Saxonia variae obuenirent controuersiae,<sup>dd)</sup> hae a

Se-

y) Part. II. Quaest. 3. n. 2.

z) Part. I. Decis. 148. n. 2.

a) in Element. Iur. German. Lib. II. Tit. XIX. §. LI.

b) in Elefas Iur. Civil. Exercit. XXI. §. 54.

c) Tract. de Prinilegiis Agricult. apud Germanos. Sect. II. §. 19. not. b.

d) Tract. de Aratorum Sanctitate §. 6.

dd) CONSULTAT. CONST. SAX. Tom. I. P. IV. Quaest. 22.



Serenissimo Electore Avgvsto, qui suas prouincias optimis  
adornauit legibus, institutisque, ideoque Iustiniani Saxonici  
elogio insignitus, in *Constit. Elec. 35. Part. IV.* fuerunt  
decisae, vt pro ratione circumstantiarum rota, gladius, poena  
corporis afflictiva, aut alia arbitraria in hoc delicio sit dictan-  
da. Verba vero huius sanctionis ita se habent: *So setzen*  
*und ordnen wir, da jemands ein Pflug, der im Felde ist,*  
*heimlicher Weise bestiebt, oder aber denselben aus Für-*  
*satz wegführt, daß derselbe willkührlich, als am Gelde,*  
*oder mit Gefängniß, oder aber nach Gelegenheit, mit*  
*zeitlicher Verweisung, gesträßt werden soll.* Hätte er  
aber solches mehrmals begangen, oder mehr dann einen  
Pflug gestohlen, und solche Diebstäle alle trügen nicht  
fünf Ungerische Gilden aus, so soll er mit Stempeschlä-  
gen ewig verwiesen werden: *Da aber einer die Pferde,*  
*so vor dem Pflug gehen, gewaltsamer Weise entreiten,*  
*oder entwenden würde, derselbige soll als ein Räuber mit*  
*dem Schwert, und wo zu solchem Raub an jemands eine*  
*Mordthat mit begangen, alsdann mit dem Rade gesträßt*  
*und gerichtet werden. \*)* Quam sanctionem vero ad eum,  
qui aratrum animo furandi non abstulit, sed tantum dolose  
corrupit aut fregit, aut ex petulantia in alium agrum trans-

tu-

\*) vid. HEIMBURGH Progr. de Furto aratrorum §. 13. seqq.

tulit, siquidem poenalia vltra verborum propriam significacionem non sunt extendenda, non esse applicandam, cum CARPOVIO<sup>e)</sup> et HEIGIO<sup>f)</sup> putamus, licet BERLICHIVS<sup>g)</sup> contraria amplectatur sententiam. Attamen his, eiusmodi violatores pro gradu doli carcere, aut mulcta esse coercendos, non negamus. Ceterum de aratrorum dolosa turbatione antiquissima LEX SALICA<sup>h)</sup> ita disponit: *Si quis vero de campo alieno aratrum ante ortauerit i)* aut iactauerit, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

## §. IV.

*De furto frugum in agris existentium.*

Vt fruges tam naturae beneficio, quam simul hominis cultura quaestiae, tam terrae adhuc cohaerentes, quam a solo iam separatae, ibique adhuc extantes, ex agris semi-natis, pascuisque clam et fraudulenter surripiantur, haud raro accidere, imo delictum esse longe frequentissimum, vsu et experientia satis est cognitum. Fures harum rerum iure Romano actione furti teneri, ex placitis ICtor. PAVLI et

B 2

VLPI-

<sup>e)</sup> in Iurispr. For. Part. IV. Const. 35. Def. I.

<sup>f)</sup> Part. II. Quaest. 30. n. 10.

<sup>g)</sup> Part. IV. Conclaf. 49. n. 10.

<sup>h)</sup> Tit. XXVIII. Leg. 20. penes GEORGISCH. 1. c. pag. 57.

<sup>i)</sup> De vocis vi vid. ECCARD. in cit. Legem. pag. 54.

¶

VLPIANI constat. ILLE <sup>k)</sup> enim: *frugibus ex fundo surreptis, tam eolonus, quam dominus furti agere potest, quia utriusque interest, rem persequi, edicit, hic vero: eorum, quae de fundo tolluntur, ut puta arborum, vel lapidum, vel arenae, vel fructuum, quos quis fraudandi animo decerpserit, furti agi posse, nulla dubitatio est, nec non alio loco <sup>m)</sup>: si oliuam immaturam decerpserit, vel segetem defecuerit immaturam, vel vineas crudas, Aquilia tenebitur: quodsi iam maturas, cessat Aquilia: nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensis donauerit, quae in collectiōnem huiusmodi fructuum impenduntur. Sed si collecta haec interceperit, furti tenetur. Ostiauenus in viis adiicit: nisi (inquit) in terram vias proiecit, ut effunderentur, constituit. Roma inde in Germaniam iam transeamus, et quid leges Germanorum, tum veteres, tum recentiores de furto frugum disposuerint, brevibus exponamus. Quanquam antiquissimi Germani agriculturae, teste IVL. CAESARE, <sup>n)</sup> non adeo studuerunt, ne, assidua consuetudine capti, studium belligerandi agricultura commutent, sed, frugibus ab alio populo*

<sup>k)</sup> in L. 82. §. 1. D. de Furtis.

<sup>l)</sup> in L. 25. §. 2. D. eodem.

<sup>m)</sup> in L. 27. §. 25. D. ad L. Aquiliam.

<sup>n)</sup> De bello Gallico Lib. VI. cap. 22.

pulo forte acceptis, famem, sitimque expulerunt<sup>o)</sup> sequioribus tamen temporibus maiorem agris et frugibus colendis eos dedisse operam, ex eorum legibus liquet. Etenim in vetustissimis **LEGIBVS SALICIS<sup>p)</sup>** haec traduntur: *Si quis messe aliena in furtum metere prae sumperferit, aut repascere inuentus fuerit ibidem, DC. Den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.* *Si quis aliquid de campo alieno furaverit, et hoc exinde in carro, aut per caballum duxerit M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.* *Si vero tantum priserit<sup>q)</sup>, quantum in dorso suo portare valuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.* *Si quis pratum alienum secauerit; operam suam perdat, et insuper sol. XV. culpabilis iudicetur: et si ipsum foenum in carro carraverit, et ad domum suam adduxerit M. DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.* *Si vero tantum priserit, quantum in dorso portare potuerit MC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.* Ex quibus, **FRANCOS**, vtrum quis ipse fruges secuerit et deinde abstulerit, an vero fruges iam falce demessas furto amouerit, nec non an curru, equo, aut dorso id peregerit, distinxisse, lucu-

## B 3

lenter

<sup>o)</sup> **TACITVS de Moribus German.** cap. 16 et 23.

<sup>p)</sup> **Tit. XXIX. L. 5. 7. 8. 9. et 10.** penes **GEORGISCHEM. I. c.** pag. 55.

<sup>q)</sup> id est: abstulerit, prehenderit. **ECCARD.** ad cit. **L. L.** pag. 52.



lenter apparet. BVRGVNDIONES de iis, qui animalia lucri gratia in alienam messem mittunt, laciuerunt haec<sup>1)</sup>: Si quis sepe alienam aperuerit, et caballos suos aut animalia in messem, aut in pratum voluntarius miserit, si ingenuus hoc fecerit, persingula animalia inferat pro messis vel prati damno, domino solidos decem singulos. Si seruus hoc fecerit, centum fustium ictus accipiat: ita tamen, ut a domino serui damnum, quod admissum fuerit, componatur. Cum quoque ex agris, praesertim, si sunt navales et pascui, grama fraudulenter auferantur, locum IV- RIS PROVINCIALIS SAXONICI ob seueritatem, in punienda hac furti specie, notatu dignum iudicamus. Verba<sup>2)</sup> sunt: *Wer auch des Nachts gehauen Holz, oder geschnitten Graß stielet, den soll man richten mit der Wyde.<sup>3)</sup> Stielets ers des Tages, es gehet ihm zu Haut und zu Haar.* Quae verba latinus interpres ita vertit: *Nocturnali tempore ligna caesa, vel grama iam falcata furatus qui fuerit, suspenditur. Si diurno tempore hoc fecerit, eius crines et cutis tormentis subiicientur.* In ZOBELIANA editione in

Voce:

<sup>1)</sup> Tit. XXVII. Leg. 4 et 5. penes GEORGISCHEM. I. c. pag. 359.

<sup>2)</sup> Lib. II. art. 28.

<sup>3)</sup> De hac voce vide HEINECC. in El. Iur. Germ. L. II. §. 51. *Mir der Wide richten, idem esse, ac Virga saligna in arbore suspendere, edocet BOEHMER. in CCC. Art. 167. §. 2.*

Voce: *Wyde*, haec additur glossa: *das ist, man soll ihn hengen, und dis darum, daß daran des Menschen Fleiß und Arbeit ist gewandt.* Quae grauis poena et in IVRE ALEMANNICO <sup>u)</sup> his comprobata: *Wer aber Nachts gemätes Graß oder geschlagen Holz stift, man soll über in richten mit der Wid, stift er es aber tags, es get im cze haut und cze har.* Attamen hic locus in editione MEICHSNERIANA Iuris Alemannici non reperitur.<sup>x)</sup>

§. V.

*Continuatio huius argumenti.*

Qua ratione vero frugum fures, qui eas lucri causa ex agris diripiunt, iure imperii nostri vniuersali sint coercendi, CAROLVS V. Imp. in Nemisi sua <sup>y)</sup> his edicit verbis: *Wer bey nächtlicher Weil jemand sein Früchte, oder auf dem Felde seine Nutzung, wie das alles Nahmen hat, heimlicher und gefährlicher Weise nimmt, und die hinweg trägt oder führet, das ist auch ein Diebstahl, und wie ander Diebstahl vorgemeldter maßen zu bestrafen. Desgleichen wo einer bey Tag jemands an berührten seinen Früchten, die er heimlich nähme und hinweg trüge, großen merklichen und gefährlichen Schaden thäte, ist*

<sup>u)</sup> cap. 217. edit. BERGER. pag. 220. auch,

<sup>x)</sup> HEINECC. in El. Iur. German. Lib. II. §. 52. \*

<sup>y)</sup> Articul. CLXVII.

¶ \* ¶

auch, wie obstehet, für ein Diebstahl zu strafen. Wo aber jemand bey Tag essende Früchte nähme, und damit durch Wegtragen derselben nicht großen gefährlichen Schaden thäte, der ist, nach Gelegenheit der Person, und der Sach, bürgerlich zu bestrafen, wie an demselbigen End, da der Schade geschicht, durch Gewohnheit, oder Gesetz herkommen. Cum vero de his fraudulentis ablationibus Divus Elector Sax. Avgvstvs in Constit. 37. Part. IV. tan-tum sanxerit hoc: Die welche andern aus ihren Gärten, oder sonst Kretzerey, als Neglein, Rosmarien, Majoran und dergleichen Blumen, oder Streucher stehlen, mögen mit einer Geldbus, zeitlichem Gefängniß, oder nach Gelegenheit der Verbrechung, mit Verweisung gestrafft werden, sequioribus temporibus a Ictis causarum criminalium pragmaticis, in coercenda hac furti specie, variae motae sunt quaestiones. Quarum primo loco ponunt hanc, num ex placitis adductis Iuris Provincialis Saxonici et Nemeseos Carolinae in puniendo hoc delicto discrimen inter furtum nocturnum et diurnum hodie adhuc sit obseruandum. KRESSIVS<sup>a)</sup> BOEHMERVS,<sup>a)</sup> QVISTORPIVS<sup>b)</sup> in poena capitali irroganda hanc

<sup>a)</sup> in Comment. ad CCC. Art. 167. §. 1. n. 2.

<sup>a)</sup> in Meditat. ad CCC. Art. 167. §. 3. et ad CARPZOV. Quaest. LXXXIII. No. 32. Obs. II.

<sup>b)</sup> in Grundzügen des deutschen Penitentia-Part. I. §. 347. junct. §. 364.

hanc differentiam non attendendam, sed eam tantum adhuc,  
 in poena arbitraria imponenda, obseruandam, et sarem no-  
 cturnum graius, quam diurnum plectendum esse, cum  
 illius improbitas maior sit, autumant. Sed cum in Saxon-  
 cis legibus Electoralibus, et in citata Constit. 37. Part. IV.  
 fur nocturnus a diurno non distinguitur, et in poena arbi-  
 traria infligenda sola temporis ratio sufficiens fundamentum  
 temperamenti in hoc, rigoris absoluti vero in illo submini-  
 strare nequeat, et diurnus fur non minus, ac nocturnus,  
 sit callidus, temerarius et deprehensu saepe difficillimus, in  
 terris nostris hoc discrimen, intuitu poenae dictandae, omni-  
 vnu esse desitutum, et in puniendo hoc delicto vnice ad  
 quantitatē rerum furto ablatarum, siquidem frugum ac ole-  
 rum non minus, ac aliarum rerum damnum patrimoniale  
 concipi potest, modumque, secundum regulas communes fur-  
 tis proprias esse respiciendum, existimamus. <sup>c)</sup>) CARPZOVII <sup>d)</sup>)  
 vero assertio, ac si in hoc delicto, cum fructuum nunquam  
 certa sit aestimatio, et hinc corpus delicti vbique deficiat,  
 non ad poenam ordinariam perueniri possit, ideo assensum  
 nostrum

c) CARPZOV. in Prax. Crim. Part. II. Qu. LXXXIX. n. 9. BERLICH. Part. IV.  
 Conclus. 53. n. 24.

d) in Iurispr. For. Part. IV. Constit. 37. Def. 7, et in Praxi Criminal. Part.  
 II. Qu. LXXXIII. n. 36.

❧ ♫ ♪

nostrum non meretur, quo certius est, aestimationem horum fructuum ablatorum, per oeconomios iureitando obstrictos, aut per iusurandum furtum passi, perinde ut in aliis furtis, merui posse.<sup>c)</sup> Interim florum, vel herbarum odoriferarum, quae magis ad luxum, quam utilitatem spectant, ablatarum aestimationem saepe moderandam esse, cum pretium earum magis opinione, quam veritate regatur, idque, quod VLPIANVS<sup>f)</sup> tradit: *licet in hac magna erogatio facta, tamen honestus modus seruandus, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda*, huc merito applicandum, cum BOEHMERO<sup>g)</sup> censemus. Nec minus incidit quaestio, utrum is, qui fruges, vescendi et extinguendi appetitus sui causa, decerpserit et consumserit, fur sit, et secundum regulas iuris in furto simplici, quo quantitas rerum ablatarum spectatur, praescriptas, puniendus? IVRE MOSAICO<sup>h)</sup> et CANONICO<sup>i)</sup> contrectationes frugum modestas, si haec in agris illico consumuntur, impunes mansisse, infitias ire non possimus. Ita et LONGOBARDORVM rex ROTHARIS edicit.<sup>k)</sup> *Si quis super tres vias de vinea aliena*

tu-

e) WERNHER. Part. III. Obs. XXII. BOEHMER. Medit. ad CCC. Art. 167. §. 4.

f) L. 40. pr. D. de Damno insect.

g) ad CAREZOV. Quaest. LXXXIII. n. 32. Obs. II.

h) Deuteron. cap. XXIII. vers. 24 seq.

i) can. 26. de Consecrat. Dilt. V.

k) Lex. CCCI. penes GEORGICH. I. c. pag. 1002.

tulerit, componat solidos VI. nam si usque tres tulerit, nulla sit ei culpa. Nec non IVRE FEVDALI LONGOBARDICO,<sup>1)</sup> peregrinantibus equum in alieno pascere certis sub limitibus permisum suisse, ipsa eius verba: *Quicunque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quanto propinquius secundum viam flans in loco amplecti potuerit ad refectionem et reparationem equi sui: impune ipso equo porrigitat.* Licitum sit etiam ipsi uti herba et viridi sylua, et sine uastatione aliqua quilibet vtatur pro sua commoditate et usu necessario, euincunt. Cui accurate respondet Ius SAXONICVM PROVINCIALE his: <sup>2)</sup> *Er lieget einem weg-fertigen Mann sein Pferd, er mag wohl Korn schneiden, und ihm das zum Fatter geben, als fern er das gereichen mag stehende im Wege mit einem Fuße. Aber er soll es nicht von dannen führen, noch wegbringen zu seinem Nutz, et alio loco: <sup>3)</sup> Welch weg-färtiger Mann Korn auf dem Felde fretzet und des mit sich nirgend hinführet, der gilt den Schaden nach seinen Würden. Ex quibus apparet, imputitatem hac in re quidem esse concessam, sed non plenarii immunitatem a damni restitutione, licet interpretes po-*

C 2 steri-

<sup>1)</sup> II Fend. 27. §. 8. in fin.

<sup>2)</sup> Lib. II. Artic. 68.

<sup>3)</sup> Lib. II. Artic. 39.



steriore locum Iuris Saxonici de equitante, qui modum  
excessit, accipient<sup>e</sup>). Cum vero hodie ruriculae tot tributis  
onerati, et in gratiam peregrinantium diuersoria vbiique fere  
sint constituta, neminique damnum inferre liceat, non dubi-  
tamus, quin et ab his fruges contrectantibus in agris adhuc  
inuentis pignus exigunt et hi ad reparationem damni dati, iu-  
dicis ope, adigi possint, praetereaque, si fructus non in ma-  
gna copia et ad usum praesentem tantum amoti, ob factum  
illictum, poena ciuili, quae aliquot dierum custodiari in  
carcere excedere non potest, sint coereendi<sup>o</sup>). Quam poe-  
nam ciuilem et tunc obtainere putamus; si fructus non sunt  
asportati, sed in loco, quo decerpiti, illico consumuti, licet  
hac in re dissentiant CARPZOVIVS<sup>p</sup>) et BERGER<sup>q</sup>). E con-  
trario si fructus in magna copia vescendi animo sunt ablati,  
ut auferens ex his per longum temporis spatium victum ha-  
bere et appetitum suum vitiosum sedare possit, dominisque  
rerum notabilis illata noxia, a regula communi furtis propria,  
dum

<sup>e</sup>) KRESSIVS in Commentar. ad CCC. Art. 167. §. 1. n. r.

<sup>p</sup>) vid. LEYSER. ad. Pand. Spec. CXXXVII. med. 7. seqq. BOEHMER. in Me-  
dit. ad CCC. Art. 167. §. 3. et ad CARPZOV. Quaest. LXXXIII. n. 32.  
Obs. II.

<sup>q</sup>) in Prax. Crim. Quaest. LXXXIII. n. 34. Iung. STRYCK. in Usu Mod. Tit.  
de furtis §. 12.

<sup>r</sup>) in Elect. Iurispr. Criminal. cap. II. membr. I. §. 15. n. 3. Add. QVI-  
STORP. Grundl. d. d. P. R. Part. I. §. 364.

dum auferens hac ratione eiusmodi fructus pretio in futurum sibi comparare non opus habet, nec in eo animus lucrandi deest, haud recedendum nec notionem furti profligandam esse, cum KOCHIO<sup>2)</sup> existimamus. Extra Electoratum Saxonicum poetiam furum agrariorum frugum arbitrariam variare, et aliqui illos ad numellas fructibus ablatis ad collum appensis fisti; alicubi cistae versatili ex arbore suspensae immitti, quae deinde super aquam vertitur, ut fures in illam saltum faciant, quod vocant: *durch den Korb springen*; alicubi ad operas publicas, *zum Karrnschieben*, condemnari, ex diuersis iuribus prouincialibus constat<sup>1)</sup>.

§. VI.

*De furtiis ab alienis pecorum ex agris pascuis  
quaedam.*

Oeconomiam rusticam non modo agricultura, sed et re pecuaria contineri, et in hac haud exiguum prouentuum ruralium partem collocari, nemo ignorat. Qua propter non mi-

1) in Instit. Iur. Criminal. L. II. c. 1. §. 176. n. 9.

2) Vid. Fürstl. Sächs. Altenburg, *Landes-Ordnung* Part II. Cap. 4. tit. 18. IUDIC. PROV. EL. BRUNSWIC. LÜNEB. Artic. 55. penes PYFFENDORF. in Obseruat. Iur. Vniuers. Tom. II. Append. pag. 357. *Strubens Recht. Bedenken* Part II. No. CVII. §. 1o. de CRAMER, in Obseruat. Iur. Vniuerf. No. 1024. KRESS, in Commentar. ad CCC. Art. 167. §. x. n. 1. in fin.

❧ + ❧

mirandum, si tot inueniantur in legibus Romanis et Germanicis sanctiones circa crimen abigeatus, et surta armentorum, iumentorum et pecudum in agris, pratis, sylvis pascualibus, stabulisque commissa. Cum vero HARRPRECHT,<sup>1)</sup> THOMASIVS,<sup>2)</sup> STRVBEN,<sup>3)</sup> illustr. G. L. BOEHMER<sup>4)</sup> et PÜTTMANNVS<sup>5)</sup> hanc furti speciem, eiusque poenas, secundum diuersitatem Iuris Romani et Germanici antiqui et recentioris eleganter ac copiose iam exposuerint, non lubet, placita gentium diuersarum in scriptis eorum collecta circa hoc flagitium repetere atque transscribere. Quaestione tantum hanc adhuc mouere et decidere volumus, qua ratione furtuuae pecorum ex agris abductiones, si leges prouinciales in Germania eas non in specie coercent, sint vindicandae? Duriorem abigeorum, qui e pascuis animalia furauerint, ob violatam securitatem publicam, esse conditionem, ac aliorum furum, statuit i. s. f. BOEHMER.<sup>6)</sup> E contrario illos abactores mitius, aliis furibus,

<sup>1)</sup> in Disp. de Crimine abigeatus. Tub. 1692.

<sup>2)</sup> in Disp. de Abigeatu. Lips. 1687.

<sup>3)</sup> in Rechlich, Bedenken XXIII. Part. III.

<sup>4)</sup> De Abigeatu et furto equorum, in Elect. Iur. Civil. Tom. III. Exercit. XXI.

<sup>5)</sup> in Aduersar. Iur. Vniversi Lib. II. cap. XXVII.

<sup>6)</sup> ad CARPOV. Pr. Crim. Qu. LXXXVI. No. 49. Obs. II.

puniendos esse, contendit STRUBEN<sup>c)</sup> et QVISTORP.<sup>d)</sup> At HOMMELIUS<sup>e)</sup> de pecudibus e pascuo abactis, hoc fert iudicium: *Si quis de pascuo communi sues vel equos abigat, et pretium abactarum pecudum quinque solidos excedat, capit is poena obtinet.* Item si ex via, vel loco non procul a pascuo, sive prato, sive communi abigat. Non procul autem absuisse ex domini custodia intelliguntur pecora, si in via aut loco, licet alieno, attamen domini agris proxime adiacente, euagentur. Quodsi dubium sit, longinquitas illa aut proximitas solo arbitrio iudicis aestimatur. Nos vero, abactionem pecorum furtiam, absque ullo discrimine exhibito, sive haec sint ex stabulis, sive ex agris, sive ex via, sive ex alio loco domini agris adiacente, sive procul sito, ablata, secundum generalia et communia iuris nostri, de furto puniendo, principia, in quibus magnitudo damni spectatur, aestimandam atque vindicandam esse, autemamus<sup>f)</sup>

#### §. VII.

c) in Reschl. Bedenken XXIII. Part. III.

d) Grundsätze des deutschen Peinl. Rechts Part. I. §. 366.

e) in Rhapsod. Jur. Obf. XXIX.

f) CARPZOV. Pr. Crim. Part. II. Quaeft. LXXXVI. n. 39. seqq. BERGER. Elekt. Iurispr. Crim. Cap. II. Membr. I. §. 19. not. I. Excell. ERHARDI Handbuch des Churfürf. Peinl. Rechts Part. I. §. 373.



## §. VII.

*Quomodo furtar agraria consummantur, et hodie in  
Saxonia puniuntur.*

Tandem omnes contrectationes agrarias animo lucrandi commissas sola rei ablatione ex alterius custodia iam perfici ac consummari, nec ad furtorum consummationem, vt res abductae a fure in locum, in quem destinavit, aut in alium satis securum, sint perlatae, requiri, ex argumentis ab Illustri WIESANDIO <sup>a)</sup> adductis, aduersus dissentientes <sup>b)</sup> defendere possumus. Ita et usus fori Saxonici hodierius, furtar agraria *simplicia*, aut carcere, aut ergastulo, non vero poena pecunaria; <sup>c)</sup> qualificata vero, laqueo; si illa transeunt in *rapi-  
nam*, gladio; si in *latrocinium*, rota; sic, vt in tribus ultimis criminibus, nec pretii, quo res agraria ablata venit, nec restitutionis rei amotae ratio habeatur, expiari, satis comprobatur.

<sup>a)</sup> in *Observat. Iuris Criminalis Spec. I.*

<sup>b)</sup> In primis HOMMELIUM in *Rhapsod. Iur. Obs. XXXII.*

<sup>c)</sup> Vide in *Saxonia Elect. Generale die in der Erled. der Landesgebrechen de an. 1661. Tit. Von Justitiensischen §. 59. denen Gerichtsobrigkeiten in gewisser Maafse nachgelassene Verwandlung der Landesverweifung in Geldbußen beir. d. d. 30. April 1783. §. I.*

ULB Halle  
004 334 728

3







*Handbuch der Farbenlehre*

DE  
F V R T I S A G R A R I I S  
E O R V M Q V E P O E N I S

220  
1992. 2. b  
*DISSE*  
*TATIO*

QVAM

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO GOTTLIEB  
H O M M E L I O

DIGEST. INFORT. ET NOV. PROF. PVBL. ORDIN. CVRIAEC  
PROVINC. ELECT. SCAB. ET FACVLT. IVRID.  
VITEMB. ASSESS. ORDINARIO

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQVENDIS

DIE XIX. IAN. A. R. S. CICLOCLXXXII.

H. L. Q. S.

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVRVS EST  
AVCTOR  
GOTTHOLD LEBERECHT SACHSE  
IVRIS VTRIVSQVE CAND. ET NOTAR. PVBL. CAESAR.

VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

